

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Thomas Lindemann

**Programma Quo Ad Exequias ... Iuveni, Absoloni Schelwichen/ Academiae huius
alumno optatissimo, Ab Amicis Et Popularibus Paratas, Omnes Omnia
Ordinum Cives Academici ... invitantur**

Rostochi[i]: Pedanus, 1623

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775779695>

Druck Freier  Zugang




Lindeman, Th.,
in

Absol. Schelwich.

Rost. 1623.

58.





161.

(19)

PROGRAMMA

QVO

Ad Exequias

Ornatissimo & Eruditissimo Juveni,

AB SOLONI Schelwichen /

Academiae hujus alumno
optatissimo,

A B
AMICIS ET POPULARIBUS
PARATAS,

O MAES OMNIUM ORDINUM CIVES
ACADEMICI,

Officiorum invitantur.



ROSTOCHI

Excudit JOACHIMUS PEDANUS, Acad. Typog.
ANNO M. DC. XXIII.

dp

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTO-
CHIENSIS
T H O M A S
LINDEMANN
J. U. D. ac Professor.



Fferri heri vidimus puerum octennem, paulo
antè canitie veneranda senem. En hodie suble-
quitur juvenis validus,
Academiae nostræ alu-
mnus optatissimus, ABSOLO N Schel-
xit Strigæ Silesius. Funera hæcce vera & vi-
va nobis exhibent caducitatis humanæ do-
cumenta, quæ & alios sub diluculum ætatis

ter-

terminum vitæ aspicere ; & in infantia
abripi , aliorum curriculum ad seram usq;
noctem & caligantem senectam extendi,
alios in ipso ætatis flore avocari , deniq; o-
mnibus ex æquo lethi viam esse calcandam
demonstrant . Rationem hujus tam rigidi
processus si cuiquam vel à Parcis vel ab ipsa
morte inquirere liceret , forsan responsum
idem ferret , quod Brennum Senonum
regulum legatis quo jure is Clusium He-
truciæ oppidum occupasset interroganti-
bus dedisse ajunt : naturali nimirum hoc
jure quo impotens potentiori , imbecillis
valentiori cedere jubetur contingere .
Mors enim per Adæ lapsum potestati sive
hominem ita subegit , ut nemo ejus impe-
rium vel astu , arte , vel robore excutere
queat . Sive enim omnium terrarum an-
gulos lustremus , sive sacræ vel prophane
historiæ adyta rimemur , quid quæso de
hominibus tandem dicitur aliud , quam
quod mortui sint . Mortalitatem hinc a-
gnoscimus & tamen non secus ac æviter-

A 2 num

num hic victuri ævum transfigimus, Prophetæ miseriam hanc lamentantur, nec tamen plangimus, Poetæ eandem decantant, nec tamen commovemur. Ita denique plerorumq; auris sive Batava sive Bæotica occalluit, ut quamvis mortem cotidie sicolicem suam vibrantem videamus, tamen terrestribus delicijs immersi & quasi fascinati, rarò de morte ferio cogitemus. Hanc perversæ naturæ corruptæ adhærentem sive imbecillitatem, sive securitatem Psaltes David ipse sentiens in hæc verba erumpit: *Notum mibifac finem meum, & numerum dierum quis sit, ut sciam quid desit mihi.* In hisce verbis tota sapientia humana, ut potest quæ in sola *Æbaracia* consistit, comprehenditur. Unde & David fructum precatiōnis suæ hunc adiicit, *Doce me mori, ut prudens reddar, & Siracides memoriam novissimorum, seu mortis, veram adversus peccatum dicit esse panaceam.* Ast JEHOVA latere finem nostrum, teste Augustino, ideo nos voluit, ut dum semper ignoratur, semper proximus esse credatur, & homo tanto

tantò sit ferventior in operatione, quanto
 incertior est de evocatione, ut dum incer-
 tus est de mortis hora, semper ad mortem
 paratus inveniatur: Aegyptios ad mortis
 recordationem excitandam hominis de-
 mortui cranium inter analiecta adposuisse
 legimus. Hodiernus dies vobis non cra-
 nium sed integrum exanime corpus juve-
 nis ornatissimi, doctissimi A B S O L O-
 NIS SCHELV VIGII exhibet, qui An-
 no 1604. honestis parentibus Strigæ in Si-
 lezia natus est, patremq; habuit HENRI-
 CUM Schelwich / multos annos in ca-
 stris Christianorum Ungaricis adversus
 Turcam Chirurgum militarem excellen-
 tissimum, matrem honestissimam HED-
 VVIGAM BRENERINNEN.
 Avum defunctus laudavit JOHANNEM
 Suchting / aviam ELISABETHAM
 Schriens, hujus urbis cives. Parentes
 prædicti primam & potissimam curam
 in filio hocce probè & fideliter educando
 collocarunt, eumq; Præceptoribus fidis
 informandum commiserunt. Jactis itaq;
 pri-


primis literarum elementis indolis gene-
rosioris indubia signa in eo apparuerunt,
eaque parentem permoyerunt, ut filium
huncce ad Uratislaviense gymnasium ab-
legarit, in quo principia in patria hausta se-
dulò excoluit. Cum vero anno 1620, pa-
rens morbo Ratiboi oppressus, toti Sile-
siæ à Jesuitica lue periculum imminere
prælagiret, ultimo quasi Elogio condito
disposuit, & severè amicis præcepit, ut fi-
lium in aliam hancce Rostochiensem non
tantum linguarum & omnis generis scien-
tiarum, sed & veræ & intemeratæ Religio-
nis Augustanæ nutricem & cultricem Lo-
jolitici lolij & Papisticæ superstitionis ex-
pultricem & familiæ suæ originem ad ami-
cos suos amandari curarent. Cui piæ ulti-
mæ voluntati à consanguineis Silesiacis sa-
tisfactum. Juvenis itaq; prædictus huc
appellens primo statim affatu & aspectu
propinquorum hoc loco degentium & in-
ter eosdem totius familiæ Sibradianæ hac
in urbe amplæ & celebris sibi gratiam, fa-
vorem & benevolentiam conciliavit.

Trien-

Triennium integrum Musis nostratibus sedulò litayit, specimina Eruditionis èximia edidit, professores docentes & disputantes diligenter audijt, eosq; progressus fecit, ut spem präclaram de le concitarit, fore ut vel Ecclesiæ, vel scholæ, vel Republicæ organon salutare & utile esse posset. Sed invidere Parcæ huncce nobis juvenem. Sub auspicio novi anni 9. Januarij morbo correptus est vehementiore cuius de die ingravescens violentiam persentiscens, non tam de cura corporis quam animæ pabulo sollicitus, sacra synaxi usus viatico hocce cœlesti instructus, hcc clypeo adver-
 sus omnes diaboli morsus tutus, à conscientiæ fidiculis liber, 23. hujus mensis intra
 9, & 10. vespertinam æstu febrili vehementiori ex apostemate sub pectore rupto suffocatus, placidissimo quasi sopore obdormiens, expiravit, atq; ita ex terrestri hoc lyceo in cœlestis gaudium, è caduco domicilio quod annos novendecim velut hospes generosus incoluerat, ad beatorum sedes avolavit. Militibus in acie occum-
 ben-

bentibus statuæ ergebantur; parentationes sole nnes decernebantur. Juvenis prædicti militis in Musarum castris strenui exuviae non statuam non buccinam vel lituum aliamve aliquam funebrem pomparam, sed solitas tantum exequias desiderant: quibus cum solem niter peragendis hodierni diei hora media prima destinata sit, rogatos, obtestatosq; cives Academicos volo ad dictam horam in æde Jacobea frequentes & agminatum confluant, erga concivis & commilitonis feduli & industrij pios Manes humanitatem declarant, catastrophen scenæ Academicæ in hoc juvencne condolentes claudant, eamq; ad æternæ non Theatricæ sed veræ coelestis vitæ lætitiam seu piam parasceven sibi applicent,
P. P. sub Rectoratus sigillo 26. Januarij
Anno M. DC. XXIII.







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn775779695/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775779695/phys_0015)

DFG

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775779695/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775779695/phys_0016)

DFG

tantò sit ferventior in operatione
incertior est de evocatione, ut
tus est de mortis hora, semper
paratus inveniatur: Aegyptio
recordationem excitandam h
mortui cranium inter analiecta
legimus. Hodie nus dies vob
num sed integrum exanime c
nis ornatissimi, doctissimi A B
NIS SCHELV VVIGII exhib
no 1604. honestis parentibus S
lesia natus est, patremq; habuit
C U M Schelwich / multos a
stris Christianorum Ungarici
Turcam Chirurgum militare
tissimum, matrem honestissim
VVIGAM BRENERI
Avum defunctus laudavit JO
Sichting / aviam ELISABE
Sehriens, hujus urbis cives.
prædicti primam & potissimum
in filio hocce probè & fidelite
collocarunt, eumq; Præcepto
informandum commiserunt.

A 3



the scale towards document